



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De seminantibus discordias & de his quæ cohibent ab hoc peccato. Cap.  
XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

cero tuo. Socer est mūdus iste, qui quodāmodo est pater carnis, quæ vxor spiritus est, eū quo colliū habendū non est de salute animæ. Quod figuratū est Gen. 31. in hoc q̄ Jacob recessit à Labā, ipso nesciēte. Bern. Angelus magni cōlij vocat te, & alienū consiliū præsolare. Idem: Amicos consulat, qui non legit quod inimici hominis domestici eius. Esa. 19. Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consiliū inspiens. Cauendum est etiā homini ne consiliū cū stulto habeat. Vnde Eccle. 8. Cum fatuū consiliū non habeas: non enim poterunt diligere, nisi quæ placent eis.

*De seminansibus discordias & de his quæ cohibent ab hoc peccato.*

**A** Peccato eorum, qui semināt discordias primò deberet homines cohibere hoc, q̄ illud peccatum adeò est exosum Deo. Vnde Prouer. 6. Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, Oculos sublimes, &c. Et numerat Salomon 7. loco, eum qui semināt inter fratres discordias tanquam magis exosum Deo, quàm alios peccatores. Nec mirū, si Deus odiat eos qui semināt discordias in ecclesia. Magis enim videtur nocere ei qui hoc faciunt, quàm qui propriū corpus eius crucifixerunt. Plus enim dilexit Christus corpus ecclesiæ, quàm corpus proprium, quum pro corpore ecclesiæ, corpus proprium morti exposuerit. vnde qui fodunt corpus ecclesiæ, vnitatem eius diuidendo, magis videntur nocere ei, quàm qui corpus eius proprium foderunt, continuitatem in eo diuidendo. Ad ostendendum quod nullo modo volebat scindi corpus ecclesiæ per discordias, voluit ipse tunicam inconsutilem indiuisam manere. Ioan. 19. ¶ Secūdo deberet cohibere homines ab hoc peccato hoc, q̄ nihil magis nociuum est corpori humano, quàm diuisio cōtinuitatis, nec magis nociuum est ecclesiæ Dei, quàm diuisio vnitatis. Ex vno verbo quod dicit ille qui discordiam feminat, quandoque nascitur discordia tantā, ex qua destruitur patria vna. vnde magnæ malitiæ est seminare semen tale, cum ex vno gradu illius, talis messis surgat. ¶ Tertio deberet cohibere homines ab hoc peccato hoc, quòd opus illud diabolicum est, & contrarium operi Christi. vnde de diabolo scriptum est, Ioan. 10. quòd dispergit oues. Christus verò de se dicit Matth. 12. Qui non colligit mecum, dispergit. Ad Christum & ad seruos eius pertinet vnire & pacificare. Matthæi 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Hac de causa filius Dei venit in mundum, vt pacem reformaret in mundo. Ad diabolum verò pertinet dispergere.